Propicius eſto. Libera eum dn̄e. Propicius eſto. Parce ei dn̄e. Ab omni malo. Libera eū domie. Ab ira tua. Libera eū dn̄e. Per aduentū ⁊ natiuitatē tuā Libera eū dn̄e. Per paſſionē ⁊ ſanctā crucē tuā. Libera eū dn̄e. Per glorioſam reſurrectionē ⁊ admirabilē aſcenſionē tuā. Libera eū dn̄e. Per aduentū ſpiritusſancti paracliti. Libera eū dn̄e. In die iudicij. Libera eum domine. Peccatores. Te rogamus audi nos. Ut ſanitatem ei dones. Te rogamꝰ audi nos. Ut a preſenti ꝑiculo et infirmitate euȝ liberare digneris. Te rogamus audi nos. Ut ab ardore febriū eū liberare digneris. Te rogamus audi nos. Ut a morte perpetua eū liberare digneris. Te rogamus audi nos. Ut indulgentiā omniū peccatoꝝ ſuoꝝ ei dones. Te rogamus audi nos. Ut eū exaudire digneris. Te rogamꝰ audi nos. Ut eū cuſtodire digneris. Te rogamus audi nos. Fili dei. Te rogamus audi nos. Agnus dei qui tollis peccata mūdi. Miſerere ei dn̄e. Agnus dei qui tollis peccata mūdi. Parce ei domie. Agnus dei qui tollis peccata mūdi. Dona ei pacē ⁊ ſanitatē. Xp̄e audi nos. Kirieleyſon. Xp̄eleyſon. Kirieleyſon. Pater nr̄. ℣. Saluū fac ſeruū tuū. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei auxiliuȝ de ſancto. Et de ſyon tuere eū. ℣. Eſto ei dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Dn̄e exaudi orōnem meā. Et clamor meꝰ ad te veniat.

Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: qui per beatum iacobū apoſtolū tuum inducere preſbyteros eccleſie: ⁊ vngere infirmos ꝓcepiſti: preſta qm̄s. vt digneris ꝑ manus nr̄as hūc famulū tuum infirmū de oleo ſanctificato vngere et bene ✠ dicere: ⁊ qd̄ fideliť poſtulātes exterius amplectimur: hic interius ſpiritualiter diuia tua virtus inuiſibiliter opetur. Per.

Oratio.

Domine deus qui ꝑ apl̄m tuū iacobum locutus es dicens. Infirmať quis in vobis inducat preſbyteros eccleſie et orēt ſuꝑ eū: vngētes eū oleo ſācto: in nomie dn̄i. et oratio fidei ſaluabit infirmū ⁊ alleuiabit eū dn̄s. ⁊ ſi in peccatis ſit dimittenť ei. cura qm̄s redemptor noſter gr̄a ſpū̄ſſancti languores huius infirmi: ⁊ ſua ſana vulnera: eiuſq; dimitte peccata: atq; dolores cūctos cordis et corporis ab eo expelle: plenāq; interius ⁊ exterius ſanitatē miſericordiť redde: vt ope miſc̄dīe tue reſtitutꝰ: ad p̄ſtina repeť officia. Per xp̄m

Hic imponēs ſacerdos manus ſuꝑ infirmū dicat

In nomie patris: ⁊ filij: ⁊ ſpū̄ſſācti: extinguatur in te oīs virtus diaboli per impoſitionē manuū

noſtrarū. immo ꝑ inuocationem oīm ſanctoꝝ angelo
rum:archangelorū:patriarcharū:prophetarū:apl'oꝝ:
martyrū:confeſſorū:virginū omniūꝙ ſanctorū:amē.
Hic inunge cum pollice de oleo ſancto ſicut ſcis dicēs.
Per iſtam ſanctā vnctionē et ſuaȝ Primo ad oculos.
piȷſſimam miſericordiam parcat tibi dominus quicq̄d
oculorum vicio deliquiſti.Amen Ad aures.
Per iſtā ſanctā vnctionē et ſuā piȷſſimā miſericordiā
indulgeat tibi dn̄s quicq̄d auriū vicio deliq̄ſti:amen.
Per iſtam ſanctam vnctionem et ſuā piȷſ- Ad nares.
ſimam miſericordiam parcat tibi dominus:quicquid
narium vicio deliquiſti:amen. Ad labia.
Per iſtā ſanctam vnctionem et ſuam piȷſſimam miſe
ricordiam parcat tibi dominus: quicquid lingue vel
oris vicio deliquiſti:amen. Ad manus.
Per iſtam ſanctaȝ vnctionē ⁊ ſuam piȷſſimam miſeri
cordiam parcat tibi dominus: quicquid tactu manuū
ſeu carnis vicio deliquiſti:amen. Ad pedes.
Per iſtam ſanctam vnctionem et ſuam piȷſſimā miſe
ricordiam parcat tibi dominus: quicquid inceſſu pe-
dum aut lumborum vicio deliquiſti:amen. Oro.
REſpice queſumus domīe famulū tuū. N. in in-
firmitate ſui corporis laborantē: et animam re-
foue quam creaſti: vt caſtigationibus emendatus: ſe
ſentiat tua medicina ſaluatum. Per xp̄m domi. Oro
DOmine ſancte pater omp̄s eterne deus: qui be-
nedictionis tue gratiā egris infundēdo corpori
bus:facturā tuā multiplici pietate cuſtodis: ad inuo-
cationē tui nomīs benignus aſſiſte: vt famulū tuuȝ ab
egritudīe liberatū:et ſanitati donatū: dextera tua eri-
gas: virtute confirmes: poteſtate tuearis: eccleſie tue
ſanctiſꝙ tuis altaribus cum omni deſiderata proſpe-



ritate reſtituas. Per xp̄m dominū noſtrum. Oratio.
DOmin⁹ ih̄s xp̄s apud te ſit: vt te defēdat. intra
te ſit: vt te reficiat. circa te ſit: vt te cōſeruet. an-
te te ſit: vt te deducat. poſt te ſit: vt te cuſtodiat. ſuꝑ te
ſit: vt te bn̄dicat. Cui honor eſt ī ſecula ſecl'orū:amen.
Collecte ſequentes de neceſſitate non ſunt. ſed ſi q̄s
eas vult legere ex deuotione poteſt. Oratio.
DEus q̄ peccatores ſcelerū pondere grauatos ſa
cerdotibus tuis ſe oſtendere iuſſiſti. deus q̄ di-
ſcipulis manus ſuꝑ infirmos ponere: vt bene haberēt
precepiſti. deus q̄ per apl'm tuū iacobū infirmos ſacro
oleo inungere: ⁊ pro eis rogare docuiſti. deus qui per
impoſitionē manuū ſacerdotū cū ſancti nōis tui inuo
catiōe peccata relaxare voluiſti. exaudi orationes no-
ſtras: et da huic famulo tuo infirmitatis pondere preſ
ſo: ꝑ hoc ſacruȝ myſteriū: qd̄ nobis indignis famulis
tuis agere p̄cepiſti: remiſſionē oīm peccatorū: q̄tenus
per hanc ſacrati olei vnctionē: et manuū noſtrarū im-
poſitionē cūcta ei facinora ſanctiſpūs gr̄a relaxentur:
venia impetreƭ: ſanitas aīe ⁊ corꝑis reſtitueƭ. Et non
plus ei noceat cōſcientie reat⁹ ad penā: ſꝫ indulgentia
tue pietatis atꝙ remiſſiōis ad recōciliatōȝ ⁊ veniā. ꝑ.
DEus q̄ famulo tuo ezechie ter quinos an- Oro.
nos ad vitam donaſti. ita ⁊ famulū tuum. N. a
lecto egritudinis tua potentia erigat ad ſaluteȝ. Per.
DEus q̄ facture tue pio ſemꝑ domīaris Oratio.
affectu. inclina aurem tuam ſupplicatiōibus no
ſtris. et famulū tuū. N. ex aduerſa valitudīe corporis
laborantē: placatus reſpice: et viſita in ſalutari tuo: ac
celeſtis gratie preſta medicinam. Per xp̄m. Oratio.
DEus qui beatū petrū apoſtolū miſiſti ad thabi-
tam famulā tuam: vt eius precibus ſuſcitaretur

ad vitã.exaudi nos queſumus.et famulo tuo. ℟.quẽ
in nomine tuo viſitat noſtra fragilitas:exorata medi-
cina:tua medela ſubueniat. Per xp̃m domi.no. Oro.
EXaudi nos dñe ſancte pater omp̃s eterne deus.
et viſitationẽ tuã cõferre dignare ſuꝑ hũc famu
lum tuũ. ℟.quẽ diuerſa verſat infirmitas. viſita eum
dñe ſicut viſitare dignatus es ſanctũ petrũ:ꝛ pueruꝫ
centurionis:ꝛ thobiam ꝛ ſaram ꝑ angelũ tuũ ſanctuꝫ
raphaelem.ꝛ ita eũ reſtituas ad priſtinã ſanitatem:vt
mereatur in atrio domus tue dicere proprio ore. caſti-
gans caſtigauit me dñs:ꝛ morti nõ tradidit me. Per.
DEus qui humano generi:et ſalutis reme Oro.
diũ:et vite eterne munera cõtuliſti: cõſerua fa-
mulo tuo. ℟.tuoꝝ dona virtutũ:ꝛ ꝯcede. vt nõ ſolum
in corꝑe ſed etiã in aĩa medelã tuã ſentiat. Per. Oro.
VIrtutũ celeſtiũ deus:qui ab humanis corꝑibꝰ
omnẽ languorẽ et omnẽ infirmitatẽ p̃cepti tui
poteſtate depellis.adeſto ꝓpicius famulo tuo. ℟.vt
fugatis infirmitatibus:ꝛ viribus receptis: nomẽ ſctm̃
tuũ inſtaurata protinus ſanitate bñdicat. Per. Oro.
DOmĩe ſancte pr̃ omp̃s eterne deus: qui fragili-
tatẽ cõditiõis nr̃e infuſa virtutis tue dignatiõe
cõfirmas: vt ſalutaribus remediĳs pietatis tue corꝑa
nr̃a ꝛ mẽbra vegetent̃:ſuꝑ hũc famulũ tuũ. ℟.ꝓpiciꝰ
intende.vt om̃i neceſſitate corporee infirmitatis exclu
ſa:gr̃a in eo p̃ſtine ſanitatis ꝑfecta reparet̃. Per. Oro
MIſerere iã q̃s dñe faml̃o tuo:ꝛ cõtinuis tribula
tiõibꝰ laborantẽ: ꝓpiciꝰ reſpirare cõcede. Per.
SAnet te deus pr̃ omp̃s. Amen. Sanet te Oro.
xp̃s filiꝰ dei viui ꝛ altiſſimi. Amẽ. Sanet te ſpi-
rituſſanctꝰ. Amen. Sanẽt te angeli ꝛ archãgeli. Amẽ.
Sanẽt te patriarche ꝛ ꝓphete. Amẽ. Sanẽt te apl̃i et



martyres. Amẽ. Sanẽt te ꝯfeſſores et virgines. Amẽ.
Sanẽt te oẽs ſancti et electi dei.ab oĩ dolore. ab omni
tribulatiõe: ab oĩ infirmitate: ab oĩ languore: ab oĩ of-
fenſione:ab oĩ plaga. Amẽ.nomenq́ʒ dei pr̃is et filĳ et
ſpirituſſancti ſit benedictũ in te:et nomen ih̃u xp̃i atq́ʒ
omniũ ſanctorũ ſit ſignatũ ſuper te. Amẽ. Bñdictio.
BEne ✠ dicat te deus pater:qui ĩ principio cun
cta creauit. Amẽ. Bene ✠ dicat te deus filius
qui a paterna ſede pro te ſaluãdo deſcẽdit. Amẽ. Be-
ne ✠ dicat te ſpũſſanctus: qui in ſpecie colũbe in ior-
danis fluuio in xp̃o requieuit. Amẽ. Ipſe te in trinita-
te ꝛ vnitate ſanctificet: quẽ oẽs venturũ expectant iu-
dicem viuentẽ ꝛ regnantẽ in ſecula ſeculorum. Amẽ.
BEne ✠ dicat te deus pater: qui te Bñdictio.
creauit in carne. Amẽ. Sanet te deus filius qui
p̃ro te paſſus eſt in cruce. Amen. Illuminet te deꝰ ſpi-
rituſſanctus qui in te fuſus eſt in baptiſmo. Amẽ. Sã-
cta trinitas ſit ſemꝑ tecũ oĩbus diebus vite tue. Amẽ.
Corpus tuũ cuſtodiat ꝛ irradiat. Senſuꝫ tuũ dirigat.
Animã tuã ſaluet:ꝛ ad ſupernã vitam te perducat ih̃s
xp̃s dominus noſter. Qui cum patre. Benedictio.
BEne ✠ dicat te deus pater:et cuſtodiat te. Il-
luminet dominus ih̃s faciem ſuam ſuper te: et
miſereatur tui:et cõuertat dominus vultũ ſuum ad te
et det tibi pacem. Qui viuit et regnat. Benedictio.
BEne ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris do-
mine famulum tuum. ℟. celeſti benedictõe. In
nomĩe pa ✠ tris:ꝛ fi ✠ lĳ:et ſpũſ ✠ ſancti. Amen.
DOmĩe ſancte pr̃ omp̃s eterne deus Alia oratio.
qui es via:veritas ꝛ vita.exaudi ꝛ conſerua fa
mulum tuum hunc:quem viuificaſti et redemiſti pre
cio magno ſancti ſanguinis filĳ tui. Qui vi. Oro.

M Aieſtatẽ tuã dñe ſupplices depꝛecamur: vt huic
famulo tuo miſeratõis tue veniã largiri digne
ris: vt nuptiali veſte recepta: ad regalẽ menſam vnde
eiectus fuerat: ꝑ hoc viuificũ coꝛpus ⁊ ſanguinẽ domi
noſtri iħu xp̃i mereat̃ intrare. Per eundem.

Sequit̃ recõmendatio anime. quãdo iam pꝛope eſt
moꝛti. Primo ergo legat letaniã vtſ̃. quando inungit.
Deinde oꝛationes ſequẽtes deuote dicat

P Roficiſcere aĩa xp̃iana de hoc mũdo. In Oõ.
nomie dei patris oĩpotentis: qui te creauit. In
nomie iħu xp̃i filij dei viui: q̃ pꝛo te paſſus eſt. In noie
ſpũſſancti q̃ in te fuſus eſt. In nomie angeloꝝ ⁊ archã
geloꝝ. In noie thꝛonoꝝ ⁊ dominationũ. In noie pͥn-
cipatuũ ⁊ poteſtatũ. In noie cherubin ⁊ ſeraphin. In
noie patriarchaꝝ ⁊ pꝛophetarũ. In noie ſanctoꝝ apo
ſtoloꝝ. In noie ſanctoꝝ martyrũ ⁊ cõfeſſoꝛũ. In noie
ſanctoꝝ monachoꝛũ et heremitarum. In nomine vir-
ginũ et omniũ ſanctoꝛũ ⁊ ſanctarũ dei. Hodie ſit ĩ pa
ce locus tu⁹: ⁊ habitatio tua ĩ ſancta ſyon. Alia oꝛatio.
D Eus miſericoꝛs: de⁹ clemẽs: deus q̃ ſcðm mul-
titudinẽ miſerationũ tuarũ peccata penitentiũ
deles: et pꝛeteritoꝝ criminũ culpas venia remiſſionis
euacuas: reſpice pꝛopicius ſuꝑ hũc famulũ tuũ. N. et
remiſſionẽ ſibi oĩm peccatoꝝ ſuoꝝ tota coꝛdis cõfeſſio
ne poſcentẽ: depꝛecatus exaudi. renoua in eo pĳſſime
pater quicquid terrena fragilitate coꝛruptũ. vel q̃cqd
diabolica fraude violatũ eſt: et vnitati coꝛpis eccleſie
membꝛum redemptiõis annecte. miſerere domie gemi
tuum: miſerere domine lachꝛymarum eius: et non ha-
bentem fiduciaꝫ niſi in tua miſericoꝛdia: ad tue ſacra-



mentum reconciliatiõis admitte. Per xp̃m. Alia oõ.
C Ommendo te oĩpotẽti deo chariſſime frater:
cuius es creatura: vt cum humanitatis debituꝫ
moꝛte interueniente ꝑſolueris: ad creatoꝛẽ tuuꝫ qui te
de limo foꝛmauerat reuertaris. Egrediẽti itaqꝫ anime
tue de coꝛpoꝛe ſplẽdidiſſimus angeloꝝ choꝛus occur-
rat. Iudex apoſtoloꝝ te ſenatus circũdet. Candidato
rum tibi martyruꝫ triũphatoꝛ exercitus obuiet. Luci-
da rutilantiũ te cõfeſſoꝛũ turma circũoꝛnet. Iubilãtiũ
te virginũ choꝛus excipiat: et beate quietis in ſinu pa-
triarcharũ te cõplexus aſtringat. Mitis itaqꝫ feſtin⁹
xp̃i iħu tibi cõſpectus appareat: qui te inter aſſiſtentes
ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignoꝛes oĩe qđ hoꝛret
in tenebꝛis: qđ ſtridet in flãmis: qđ cruciat in toꝛmẽtis
Cedat tibi deterrimus ſathanas cũ ſatellitibus ſuis:
et in aduentu ſuo te comitantib⁹ angelis cõtremiſcat:
atqꝫ in eterne noctis chaos ĩ mare diffugiat. Exurgat
deus ⁊ diſſipent̃ inimici eius: ⁊ fugiãt qui oderũt eum
a facie eius: ſicut deficit fumus deficiãt: ſicut fluit cera
a facie ignis: ſic pereãt peccatoꝛes a facie dei. Confun-
dant̃ igit̃ et erubeſcant oẽs thartaree legiões: ⁊ mini-
ſtri ſathane iter tuum impedire nõ audeãt: liberet te a
cruciatu xp̃s: qui ꝓ te crucifixus eſt: liberet te a moꝛte
xp̃s: qui ꝓ te moꝛi dignatus eſt. Cõſtituat te xp̃s filius
dei viui intra paradiſi ſui ſemꝑ amena virentia: ⁊ in-
ter oues ſuas te verus ille paſtoꝛ agnoſcat. Ille ab oĩ-
bus tuis peccatis te abſoluat: atqꝫ ad dexterã ſuã ĩ ele
ctoꝛũ ſuoꝝ te ſoꝛte cõſtituat: vt redẽptoꝛẽ tuũ facie ad
faciẽ videas: ⁊ pꝛeſens ſemꝑ aſſiſtens: manifeſtiſſimã
beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur
inter agmina beatoꝛum contemplationis diuine dul-
cedine potiaris in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

SUſcipe dñe ſeruũ tuũ in locũ ſperãde ſal *Oro.*
uationis ſibi a miſericordia tua ꝑparatũ. Amẽ.
Libera dñe aĩam ſerui tui: ex oĩbus ꝑiculis infernoꝝ:
et de laqueis penarũ: ⁊ ex oĩbus tribulationibꝰ. Amẽ.
Libera domĩe animã ſerui tui ſicut liberaſti Enoch et
Helyam de cõmuni morte mundi. Amẽ. Libera domi
ne aĩam ſerui tui: ſicut liberaſti Noe de diluuio. Amẽ
Libera dñe aĩam ſerui tui: ſicut liberaſti abraham de
hur chaldeoꝝ. Amẽ. Libera dñe animã ſerui tui: ſicut
liberaſti Job de paſſiõibus ſuis. Amẽ. Libera domi-
ne animaꝫ ſerui tui: ſicut liberaſti yſaac de hoſtia et de
manu abrahe patris ſui. Amẽ. Libera dñe aĩam ſerui
tui: ſicut liberaſti Loth de ſodomis ⁊ de flãma ignis.
Amẽ. Libera dñe animã ſerui tui: ſicut liberaſti moy-
ſen de manu pharaonis regis egyptioꝝ. Amen. Libe-
ra dñe animã ſerui tui: ſicut liberaſti Danielem de la-
cu leonũ. Amẽ. Libera dñe aĩam ſerui tui: ſicut libera
ſti tres pueros de camino ignis ardẽtis: ⁊ de manu re
gis iniqui. Amẽ. Libera dñe aĩam ſerui tui: ſicut libe-
raſti Suſannã de falſo crimine. Amen. Libera domi-
ne animã ſerui tui: ſicut liberaſti Dauid de manu ſaul
et de manu goliat. Amẽ. Libera dñe aĩaꝫ ſerui tui: ſic̃
liberaſti Petrũ ⁊ paulũ de carceribus: ⁊ ſicut liberaſti
gl'ioſiſſimã ꝟginẽ ⁊ martyrẽ tuã Teclã de tribꝰ tormẽ-
tis atrociſſimis: ſic libare digneris aĩam infirmi huiꝰ:
et totũ facias in bonis cõgaudere celeſtibus. Amen.

COmmẽdamus tibi dñe aĩam famuli tui: *Oro.*
precamurq; te ihũ xp̃e ſaluator mundi: vt propt
quẽ ad terrã miſericorditer deſcẽdiſti: patriarcharum
tuoꝝ ſinibus inſinuari nõ rẽnuas. Agnoſce dñe crea-
turã tuã: non ex dĩjs alienis creatam: ſed a te deo: ſolo
deo viuo ⁊ vero: quia nõ eſt deus alius preter te: ⁊ nõ



eſt ſcd̃m opa tua. Letifica dñe animã eius in cõſpectu
tuo: ⁊ ne memineris iniquitatũ eius antiquarũ: ⁊ ebri-
etatũ eius: quas ſuſcitauit furor ſiue feruor mali deſi-
derij. Licet eñi peccauit: tamẽ patrẽ ⁊ filiũ et ſpiritum
ſanctũ non negauit: ſed credidit et zelum dei in ſe ha-
buit: ⁊ deũ qui fecit oĩa fideliter adorauit. Per. *Oro.*

DElicta iuuẽtutis ⁊ ignorãtias eius q̃ſ ne me-
mineris dñe: ſed ſcd̃m magnã miſericordiã tuã
memor eſto illius in gloria claritatis tue. Aperiant̃ il-
li celi: collectent̃ ei angeli in regnũ tuũ dñe ſeruũ tuuꝫ
ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michael archãgelus
dei: qui militie celeſtis meruit ꝑncipatũ: veniãt illi ob-
uiam ſancti angeli dei ⁊ ꝑducant eũ in celeſtẽ hieruſa-
lem. Suſcipiat eũ beatus Petrus aplus: cui a deo cla
ues regni celeſtis ꝯmiſſe ſunt. Adiuuet eũ ſanctꝰ Pau
lus: qui dignus fuit eſſe vas electiõis. Intercedat pro
eo ſanctus Johãnes aplus ⁊ dei dilectus: cui reuelata
ſunt ſecreta celeſtia. Orent ꝓ illo oẽs ſãcti apli: quibꝰ
a domĩo data eſt poteſtas ligãdi atq; ſoluẽdi. Inter-
cedant ꝓ eo oẽs ſancti dei: qui pro xp̃i noĩe tormen-
ta in hoc ſeculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carneis exu-
tus: peruenire mereatur ad gloriam regni celeſtis. pre-
ſtante domino noſtro ihũ xp̃o. Qui tecum.

*Si adhuc in corpe tardauerit aĩa infirmi legat ali-
quis dyaconus vl' preſbyter paſſiões dñicas. et ponat̃
crux xp̃i ante conſpectũ eius. et de fide catholica men-
tionem faciat. Cũ aũt receſſerit anima dicat* ℟. Sub-
uenite ſancti dei. occurrite angeli dñi ſuſcipientes aĩam eius
Offerẽtes eam in conſpectu altiſſimi. *℣.* Suſcipiat te xp̃s q
vocauit te. et in ſinum abrahe angeli deducãt te. Offerẽtes.
Kiriel. Xp̃el. Kiriel. Pater nr̃. *℣.* A porta inferi. Erue do

mine animas eoꝝ. ℣. Credo videre bona dñi. In terra viuē-
tium. ℣. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. Et ani-
mas pauperum tuoꝛum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Domi-
ne miſerere ei. Xp̄e parce ei. ℣. Domīe exaudi oꝛatiōꝫ. Oꝛo.
Tibi dñe cōmēdamus aīaꝫ famuli tui. N. defun
cti: vt defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ que ꝑ fragi
litatem mūdane cōuerſationis peccata admiſit: tu ve-
nia miſicoꝛdiſſime pietatꝭ deleas et abſtergas. ꝑ xp̄m.
Suſcipe dñe aīaꝫ ſerui tui quā de erga- Oꝛatio.
ſtulo huius ſeculi vocare dignatus es: et libera
eam de pꝛincipibus tenebrarū: ⁊ de locis penarum: vt
abſolutus om̄i vinculo peccatoꝝ: quietis ac lucis eter
ne beatitudine ꝑfruat: et inter ſanctos ⁊ electos tuos
in reſurrectiōis gloꝛia reſuſcitari mereat: pꝛeſtante do
mino noſtro iħu xp̄o. Qui tecū vi. Tunc aſpergat aq̄
bn̄dicta et thurificet. et ad eccleſiā poꝛtet. cātādo ℟.
Abſolue dñe animas eoꝝ ab omni vinculo delictoꝝ. nō eas
toꝛmētū moꝛtis attingat. Non reoꝛū cathena cōſtringat. ſed
miſeratio tua ī pacis eas ac lucis regiōe ↄſtituat. ℣. Si q̄ illiſ
ſint dñe digne cruciatibꝰ culpe. tu eas gr̄a lenitatis indulge.
Ad te leuaui aīaꝫ Et finito ℟. dicat ꝑ totū. Ps̄.
meā: deus meus in te ↄfido nō erubeſcā. Neq̄
irrideant me inimici mei: eteni vniuerſi q̄ ſuſtinent te
nō cōfundent. Confundant oēs iniqua agētes: ſup-
uacue. Vias tuas dñe demonſtra mihi: ⁊ ſemitas tu-
as edoce me. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: qꝛ
tu es ſaluatoꝛ meus ⁊ te ſuſtinui tota die. Reminiſce-
re miſerationū tuarū dñe: et miſericoꝛdiarū tuarū que
a ſec̄lo ſunt. Delicta iuuētutis mee: ⁊ ignoꝛātias me-
as ne memineris. Scd̄m miſericoꝛdiā tuam memēto
mei tu pꝛopter bonitatē tuā dñe. Dulcis ⁊ rectus do-
minus: pꝛopter hoc legē dabit delinquentibus in via.





Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſu-
as. Vniuerſe vie dñi miſcđia et veritas: requirētibꝰ
teſtamētū eius ⁊ teſtimonia eius. Propter nomē tuū
dñe ꝓpiciaberis peccato meo: multū eſt enim. Quis
eſt homo qui timet dñm: legē ſtatuit ei in via quaꝫ ele-
git. Anima eius in bonis demoꝛabit: et ſemē eius he
reditabit terrā. Firmamentū eſt dñs timētibus eū: et
teſtamentū ipſius vt manifeſtet illis. Oculi mei ſem-
per ad dñm: qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me ⁊ miſerere mei: quia vnicus et pauper
ſum ego. Tribulatiōes coꝛdis mei multiplicate ſūt:
de neceſſitatibꝰ meis erue me. Vide humilitatē meaꝫ
et laboꝛem meuꝫ: ⁊ dimitte vniuerſa delicta mea. Re-
ſpice inimicos meos qm̄ multiplicati ſunt: et odio ini-
quo oderunt me. Cuſtodi aīam meā et erue me: non
erubeſcam qm̄ ſperaui in te. Innocētes ⁊ recti adhe-
ſerūt mihi: quia ſuſtinui te. Libera me deus iſrael: ex
om̄ibus tribulatiōbus ſuis. Requiem eternam. An̄.
Suſcipiat te xp̄s qui vocauit te ⁊ ī ſinū abꝛahe angeli dedu-
cant te. Ps̄ Miſerere mei. vt s̄. in ſeptē ps̄ An̄. Leto ani
mo ꝑgo ad te ſuſcipe me dñe qꝛ de limo terre plaſmaſti me.
ſpūs de celo introiuit ī me ⁊ aīaꝫ quā dediſti ſuſcipe illā deꝰ
Miſericoꝛdiā tuaꝫ dñe ſancte pr̄ omp̄s Oꝛatio.
eterne deus pietatis affectu rogare ꝓ alijs co-
gimur qui ꝓ nr̄is peccatis ſupplicare nequaq̄ ſuffici-
mus: tn̄ de tua confiſi gratuita pietate: ⁊ inolita beni-
gnitate: clementiā tuā depoſcimꝰ: vt aīam ſerui tui ad
te reuertentē cū pietate ſuſcipias: adſit ei angelus te-
ſtamenti tui michael: et ꝑ manus ſanctoꝝ angeloꝝ tu-
oꝛum: inter ſanctos et electos tuos in ſinibus abꝛahe:
yſaac et iacob patriarcharū tuoꝝ collocare digneris:
quatenus de pꝛincipibus tenebꝛarū: et de locis pena-

rum nullis iam prime natiuitatis: aut ignorantie: aut
proprie iniquitatis ſeu fragilitatis cõfundat̃ erroribꝰ:
ſed potius agnoſcat̃ a tuis ⁊ ſancte beatitudinis rec̃e
perfruatur: atq̃ cuʒ magna iudicij dies aduenerit: in=
ter ſanctos ⁊ electos tuos reſuſcitatus gloria manife=
ſte contemplationis tue perpetue ſatietur. Per. Oro.

O Mnipotẽs ſempiterne deus: q̃ humano corpo
ri aĩam ad ſimilitudinẽ tuã inſpirare dignatus
es. dũ te iubente puluis in puluerẽ reuertit̃: tu ymagi=
nem tuã cũ ſanctis ⁊ electis tuis eternis ſedibus ꝑcipi
as ſociari: eamq̃ ad te reuertentẽ de egypti partibus
blande leniterq̃ ſuſcipias: et angelos ſanctos tuos ei
obuiã mittas: viãq̃ illi iuſticie demõſtra: ⁊ portas glo
rie tue aperi. repelle q̃ſ ab ea oẽs principes tenebra=
rum: ⁊ agnoſce depoſitũ fidele qđ tuũ eſt. Suſcipe do
mine creaturã tuã: nõ ex dijs alienis creatã: ſed a te ſo
lo deo viuo ⁊ vero: quia nõ eſt alius deus ꝑter te dñe.
et nõ eſt ſcđm opa tua: letifica clemẽtiſſime deus ani=
mam ſerui tui: ⁊ clarifica eaʒ in multitudine miſericor=
die tue. Ne memineris q̃ſ iniquitatũ eius antiquarum
et ebrietatũ quas ſuſcitauit furor mali deſiderij. Licet
eñ peccauit: tamen te non negauit. ſed ſigno fidei inſi
gnitus: te qui omnia: et eum inter omnia feciſti: fideli=
ter adorauit. Qui in trinitate perfecta viuis. Oratio.

V Iri vulneris nouitate ꝑcuſſit: et quodãmodo
cordibus ſauciati: miſericordiã tuã mũdi redẽ
ptor flebilibus vocibus imploramꝰ: vt chari nr̃i aĩam
ad tuã clementiã: qui fons pietatis es: blande leniter=
q̃ ſuſcipias: et quas illa carnali cõmertio cõtraxit ma
culas: tu deus inolita bonitate clementer deleas: beni
gne indulges: obliuioni imperpetuuʒ tradas: atq̃ ad
laudẽ tibi cũ ceteris redditurã ⁊ ad corpus quandoq̃

reuerſuram: ſanctorum tuorum cetibus aggregari ꝑcipias.
Kirieleyſon. Xp̃eleyſ. Kirieleyſ. Pater noſter. ℣. Nõ intres
in iudiciũ cũ ſeruo tuo. Quia nõ iuſtificabit̃ in cõſpectu tuo
omnis viuens. ℣. Non tradas domine beſtijs animas con
fitentiũ tibi. Et animas pauperũ tuorum ne obliuiſcaris in finẽ
℣. Anima eius in bonis demorabitur. Et ſemen eius heredi
tabit terram. ℣. A porta inferi. Erue domine animas eorum

P Etimus clemen= Dominꝰ vobiſcum. Oremus.
tiſſime dñe vt ſpiritũ huius famuli tui vinculis
corꝑalibus liberatũ: in pace ſanctorũ tuoruʒ recipias:
vt locũ penalem ⁊ gehẽne ignẽ: flãmaſq̃ thartari i re=
gionem viuentiũ euadat. Et partẽ beate reſurrectiõis
obtineat: vitamq̃ eternã mereat̃ habere i cel. p te ihu
xp̃e ſaluator mũdi. Qui cũ pr̃e. Requieſcat i pace. Amẽ

Poſt hec lauetur corpus defuncti. et poſt lotionem
cõueniãt fr̃es. et aſperſa aq̃ bñdicta. et incenſato corpo
re dicãt. Kirieleyſ. Xp̃eleyſ. Kirieleyſ. Pater nr̃. ℣. In memoria
eterna erit iuſtus. Ab auditiõe mala nõ timebit. ℣. Nõ tra=
das. vt̃s. ℣. Dñe miſerere ei. Xp̃e ꝑce ei. ℣. Domĩe exaudi.

S Uſcipe dñe aĩam ſerui tui quã de ergaſtu Oro
lo huius ſeculi vocare dignatꝰ es: et libera eam
de principibus tenebrarũ: ⁊ de locis penarũ: vt abſolu
ta oĩ vinculo peccatorum: quietis ac lucis eterne beatitu
dine ꝑfruat̃: et inter ſanctos ⁊ electos tuos in reſurre=
ctionis gloria reſuſcitari mereat̃. Per.

Hic defunctus in eccleſiam portetur cantando añ.
In paradiſum deducant te angeli. in tuo aduẽtu ſuſcipiant
te martyres. et ꝑducãt in ciuitatẽ ſanctã hierl'm. Ps ꝑ totũ.

I N exitu iſrael de egypto: domus iacob de ꝑplo
barbaro. Facta ẽ iudea ſanctificatio eiꝰ: iſrael
ptãs eius. Mare vidit ⁊ fugit: iordanis ɔuerſus ẽ re=

troꝛſum. Montes exultauerũt vt arietes: et colles ſi-
cut agni ouium. Quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti: ⁊ tu ioꝛ
danis quia cõuerſus es retroꝛſum. Montes exulta-
ſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiũ. A facie dñi
mota eſt terra: a facie dei iacob. Qui cõuertit petram
in ſtagna aquarũ: ⁊ rupem in fontes aquaꝝ. Non no
bis dñe nõ nobis: ſed nomĩ tuo da gloꝛiã. Super mi-
ſericoꝛdia tua ⁊ veritate tua: nequãdo dicãt gẽtes vbi
eſt deus eoꝝ. Deus aũt nr̃ in celo: oĩa quecũ𝔮 volu-
it fecit. Simulacra gentiũ argentũ et aurũ: opera ma-
nuũ hominũ. Os habẽt ⁊ nõ loquent̃: oculos habẽt
et nõ videbũt. Aures habent ⁊ nõ audiẽt: nares hñt
et nõ odoꝛabũt. Manus habẽt ⁊ nõ palpabũt: pedes
habẽt ⁊ nõ ambulabũt: non clamabũt in gutture ſuo.
Similes illis fiant qui faciũt ea: et oẽs qui cõfidũt in
eis. Domus iſrael ſperauit in dño: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓte
ctoꝛ eoꝛũ eſt. Domus aaron ſperauit in dño: adiutoꝛ
eoꝝ et ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt. Qui timent dñm ſperauerunt
in dño: adiutoꝛ eoꝝ et ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt. Dominus me
moꝛ fuit nr̃i: ⁊ bñdixit nobis. Benedixit domui iſrl̃:
bñdixit domui aaron. Benedixit oĩbus qui timẽt do
minũ: puſillis cuꝫ maioꝛibus. Adĳciat dñs ſuꝑ vos:
ſuꝑ vos et ſuꝑ filios veſtros. Benedicti vos dño: q̃
fecit celũ ⁊ terrã. Celũ celi dño: terraꝫ aũt dedit filĳs
hoim. Non moꝛtui laudabunt te dñe: ne𝔮 oẽs q̃ de-
ſcendunt in infernũ. Sed nos qui viuimus bñdicim⁹
dño: ex hoc nũc et vſ𝔮 in ſeculũ. Requiem eternam.
Si aũt aliquis ex deuotiõe voluerit legere plures pſal
mos videlicet pſ̃. Beati immaculati. vſ𝔮 ad pſ̃. Ad
dominũ cum tribularer. vel vſ𝔮 ad finẽ poteſt. Dein-
de cantentur vigilie moꝛtuoꝛum. Et poſt miſſe celebra
tionem ſtet ſacerdos iuxta feretrum dicens oꝛationem.

Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe: qm̃ Oꝛo
nullus apud te iuſtificabit̃ homo: niſi ꝑ te oĩm
peccatoꝝ tribuat̃ remiſſio. Nõ ergo eũ tua qm̃s iudi-
cialis ſentẽtia ꝑmat: quẽ tibi nr̃a ſupplicatio fidei xp̃i-
ane cõmendat: ſed gr̃a tua illi ſuccurrẽte mereat̃ eua-
dere iudiciũ vltiõis: qui dũ viueret inſignit⁹ eſt ſigna-
culo ſancte trinitatis. In q̃ viuis ⁊c̃. Deinde ℞. Sub
uenite ſancti dei occur. vſ̃. Kiriel̃. Xp̃el̃. Kiriel̃. Pater
noſter. Et ne nos. ℣. A poꝛta inferi. vſ̃. Oꝛatio.
Deus cui oĩa viuũt: et cui nõ pereũt moꝛiẽdo coꝛ
poꝛa nr̃a: ſed mutant̃ in melius: te ſupplices depreca-
mur. vt quicq̃d aĩa famuli tui vicioꝝ: tue𝔮 voluntati
cõtrariũ fallente diabolo: ⁊ pꝛopꝛia iniquitate ac fragi
litate cõtraxit: tu pius et miſericoꝛs ablue indulgẽdo:
eã𝔮 ſuſcipi iubeas ꝑ manus ſanctoꝝ angeloꝝ tuoꝛuꝫ
deducendã in ſinũ patriarcharũ tuaꝝ abꝛahã ſcꝫ ami-
ci tui: et yſaac electi tui: at𝔮 iacob dilecti tui: quo aufu
git doloꝛ ⁊ triſticia at𝔮 ſuſpiriũ: fideliũ quo𝔮 aĩe feli
ci iocũditate letant̃: ⁊ in nouiſſimo magni iudicĳ die:
inter ſanctos et electos tuos eã facias perpetue gloꝛie
percipe poꝛtionẽ: quã oculus nõ vidit: nec auris audi
uit: nec in coꝛ homĩs aſcẽdit quã pꝛeparaſti diligẽtib⁹
te. ℞. Ante𝔮̃ naſcerer nouiſti me et ad imaginẽ tuam dñe
plaſmaſti. Modo reddo tibi creatoꝛi aĩam meã. ℣. Cõmiſſa
mea dñe paueſco. ⁊ ante te erubeſco. dũ veneris iudicare no
li me cõdemnare. Mõ. Kiriel̃. Xp̃el̃. Kiriel̃. Pr̃ nr̃. vſ̃.
Fac q̃s dñe hãc cũ ſeruo tuo miſericoꝛdiã Oꝛo.
vt factoꝝ ſuoꝝ in penis non recipiat vicem: qui
tuã in votis tenuit voluntatẽ. vt ſicut hic eum vera fi-
des iũxit fideliũ turmis: ita eũ illic tua miſeratio ſoci-
et angelicis choꝛis. Per xp̃m. ℞. Qui lazarũ reſuſcita-
ſti de monumẽto fetidũ. Tu eis dñe dona requiẽ et locũ in-

dulgentie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos et
ſeculum per ignem. Tu eis. Kirieleyſon. Xp̄eleyſon. Kiri
eleyſon. Pater noſter. ℣. A porta inferi. Vrs̄. Oratio.
INclina dñe aurē tuā ad preces noſtras: quibꝰ
miſericordiā tuā ſupplices dep̄camur: vt animā
famuli tui. N. quā de huius ſeculi ergaſtulo migrare
iuſſiſti: in pacis ac lucis regiōe cōſtituas: et ſanctorum
nos iubeas eſſe conſortem. Per xp̄m do noſ. Oratio.
DEus vniuerſorū creator ⁊ conditor: qui cum ſis
tuorū beatitudo ſanctorū: preſta nobꝭ petētibus
vt ſpiritū famuli tui. N. nexibꝰ abſolutū: in p̄ma reſur
rectione ſanctorū tuorū iubeas preſentari. Per xp̄m.
Hic eleuet corpus defuncti et portet ad tumulū cū pſ̄
et añ. Añ. Aperite illi portas iuſticie. et ingreſſus in eas cō
fitebitur domino hec porta domini iuſti intrabūt in eā. Pſ.
COnfitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū miſe
ricordia eius. Dicat nūc iſrl' qm̄ bonus: qm̄ in
ſeculum miſericordia eius. Dicat nūc domus aaron
qm̄ bonus: qm̄ i ſeculū miſericordia eius. Dicāt nūc
qui timēt dñm: qm̄ in ſeculū miſcdia eius. De tribu
latione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudie do
minus. Dñs mihi adiutor: nō timebo qd faciat mihi
homo. Dñs mihi adiutor: ⁊ ego deſpiciam inimicos
meos. Bonū eſt cōfidere in dño: q̄ȝ confidere in hoīe.
Bonū eſt ſperare in dño: q̄ȝ ſpare in principibꝰ. Oēs
gētes circuierūt me: ⁊ in noīe dñi quia vltus ſum i eos
Circūdātes circūdederūt me ⁊ in noīe dñi: quia vltꝰ
ſum in eos. Circūdederūt me ſicut apes ⁊ exarſerunt
ſicut ignis in ſpinis: ⁊ in noīe dñi quia vltus ſum i eos
Impulſus euerſus ſum vt caderem: et dñs ſuſcepit
me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus eſt mihi
in ſalutē. Vox exultatiōis et ſalutis: in tabernaculis

iuſtorū. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exalta
uit me dextera dñi fecit virtutē. Non moriar ſed viuā
et narrabo opa dñi. Caſtigans caſtigauit me dñs: et
morti nō tradidit me. Aperite mihi portas iuſticie: in
greſſus in eas cōfitebor dño hec porta dñi: iuſti intra
bunt in eā. Confitebor tibi qm̄ exaudiſti me: ⁊ factus
es mihi in ſalutē. Lapidē quē reprobauerūt edifican
tes: hic factus eſt in caput anguli. A dño factū ē iſtd:
et eſt mirabile in oclis nr̄is. Hec ē dies quā fecit dñs:
exultemus ⁊ letemur in ea. O dñe ſaluū me fac: o do
mine bn̄ proſpare: bn̄dictus q̄ vēturus es in noīe dñi.
Benediximus vobis de domo dñi: deus dñs et illu
xit nobis. Conſtituite diē ſolennē in cōdenſis: vſq;
ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi:
deꝰ meꝰ es tu ⁊ exaltabo te. Confitebor tibi qm̄ exau
diſti me: ⁊ factꝰ es mihi in ſalutē. Confitemi dño qm̄
bonus: qm̄ in ſeculū miſcdia eius. Requiem eternam.
PIe recordatiōis affectu fratres chariſſimi Oro.
cōmemorationē facimus chari nr̄i: quē dñs de
tentatiōibus huius ſeculi aſſumpſit: obſecrantes miſe
ricordiā dei nr̄i. vt ip̄e ei tribuere dignet placidā ⁊ qui
etam manſionē: et dimittat oēs lubrice temeritatis of
fenſas: vt conceſſa venia plene indulgentie: quicquid
in hoc ſeculo proprio reatu deliquit: totū ineffabili pi
etate ac benignitate ſua deleat et abſtergat: quod ipſe
preſtare dignetur. Qui viuit ⁊ regnat. Oratio.
DEus q̄ fundaſti terrā ⁊ formaſti celos: q̄ oīa ſy
dera ſtatuta fixiſti: qui captū laqueo mortis hominē
a liuore repaſti: qui ſepultos abraham ⁊ yſaac et iacob
in ſpelunca duplici: libro vite ſcripſiſti: atq; totius ec
cleſie p̄ncipes annotaſti: benedicēdos: bn̄dicere digne
ris hūc tumulū famuli tui: vt hic eū requieſcere facias

et in ſinu abꝛahe collocare digneris. qui deū noſtrum
ab inferis reſuſcitaſti ad ſalutē credentiū in ſe. reſpice
qˢᵘᵐˢ ſuꝑ hanc fabꝛicā ſepulture:⁊ deſcēdat virtus tue
grē in eā: vt te iubēte ſit ei in hoc loco quieta doꝛmitio
et tempoꝛe iudicij cū ſanctis om̄ibus vera reſurrectio.
Hic aſpſa aq̄ bn̄dicta et incēſo ponat coꝛpꝰ in ſepulcro
et dicat añ. Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vſ⸗
Q Ve admodū deſiderat cer⸗ Pſ. qꝫ ad domū dei.
uus ad fontes aquaꝝ: ita deſiderat aīa mea ad
te deus. Sitiuit aīa mea ad deū foꝛtē viuū: qñ veniā
et apparebo ante faciē dei. Fuerūt mihi lachꝛime mee
panes die ac nocte: dum dicitur mihi quottidie vbi eſt
deus tuus. Hec recoꝛdatus ſum ⁊ effudi ī me animaꝫ
meam: qm̄ tranſibo in locum tabernaculi admirabilis
vſqꝫ ad domū dei. In voce exultatiōis et cōfeſſiōis:
ſonus epulantis. Quare triſtis es aīa mea:⁊ q̄re con⸗
turbas me. Spera in deo qm̄ adhuc cōfiteboꝛ illi: ſa⸗
lutare vultus mei ⁊ deus meus. Ad meipſum anima
mea conturbata eſt: pꝛopterea memoꝛ ero tui de terra
ioꝛdanis:⁊ hermonym a mōte modico. Abyſſꝰ abyſ⸗
ſum inuocat: in voce catharactarū tuarū. Omnia ex⸗
celſa tua ⁊ fluctus tui: ſuꝑ me tranſierūt. In die man
dauit dn̄s miſericoꝛdiā ſuā:⁊ nocte cāticū eius. Apō
me oratio deo vite mee: dicam deo ſuſceptoꝛ meus es.
Quare oblitus es mei: quare cōtriſtatus incedo duꝫ
affligit me inimicus. Dum confringunt oſſa mea: ex⸗
pꝛobꝛauerūt mihi q̄ tribulāt me inimici mei. Dum di
cunt mihi ꝑ ſinglos dies vbi eſt deus tuus: q̄re triſtis
es anima mea:⁊ quare conturbas me. Spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei: et
O deus meus. Requiē eternā dona eis do. Oro.
Bſecramus miſericoꝛdiā tuā omp̄s deus: q̄ ho



minem ad ymaginē tuā creare dignatus es: vt animā
famuli tui. N. quā hodierna die rebus hūanis eximi:
et ad te accerſiri iuſſiſti: blāde ⁊ miſericoꝛditer ſuſcipi⸗
as. nō ei dominet vmbꝛe moꝛtis: nec tegat eos chaos
⁊ caligo tenebꝛarū: ſed exutus omniū criminū labe: in
ſinu abꝛahe patriarche collocatus: locū lucis ⁊ refrige
rij ſe adeptū eſſe gaudeat: et cū magni iudicij dies ad⸗
uenerit: cum ſanctis ⁊ electis tuis eum reſuſcitari iube
as. Per dn̄m.
Aſperſa aqua benedicta et incenſo. cooperiatur coꝛ⸗
pus lapide vel aſſere dicatur añ. cū pſ. An Hec requi⸗
es mea in ſeculū ſeculi. hic habitabo qm̄ elegi eā. Pſalmꝰ.
M Emēto dn̄e dauid: et oīs manſuetudinis eius.
Sicut iurauit dn̄o: votū vouit deo iacob. Si
introiero in tabernaculū domus mee: ſi aſcēdero in le
ctum ſtrati mei. Si dedero ſomnū oculis meis:⁊ pal
pebꝛis meis doꝛmitationē. Et requiē tꝑibꝰ meis: do⸗
nec inueniam locū dn̄o: tabernaculū deo iacob. Ecce
audiuimus eā in effrata: inuenimus eā ī campis ſilue.
Introibimꝰ ī tabernaculū eiꝰ: adoꝛabimꝰ in loco vbi
ſteterūt pedes eius. Surge dn̄e in requiē tuam: tu et
archa ſanctificationis tue. Sacerdotes tui induant iu
ſticia:⁊ ſancti tui exultēt. Propter dauid ſeruū tuuꝫ:
nō auertas faciem xp̄i tui. Iurauit dn̄s dauid verita
tem ⁊ nō fruſtrabit eū: de fructu ventris tui ponā ſuꝑ
ſedē tuā. Si cuſtodierint filij tui teſtamentū meū ⁊ te
ſtimonia mea: hec q̄ docebo eos. Et filij eoꝝ vſqꝫ ī ſe⸗
culū ſeculi: ſedebūt ſuꝑ ſedē tuaꝫ. Quoniā elegit dn̄s
ſyon: elegit eā in habitatiōeꝫ ſibi. Hec requies mea in
ſeculū ſeculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Viduā eiꝰ be⸗
nedicens bn̄dicā: paupes eius ſaturabo panibꝰ. Sa⸗
cerdotes eius induam ſalutari:⁊ ſancti eius exultatōe

exultabūt. Illuc producā cornu dauid: paraui lucer-
nam xp̄o meo. Inimicos eius induam cōfuſiōe: ſuꝑ
ip̄m aūt efflorebit ſanctificatio mea. Requiē eternã.

Deus apud quē mortuoꝝ ſp̄ūs viuunt: et **Oro.**
in quo electoꝝ aīe plena felicitate letanẜ: preſta
ſupplicātibus nobis: vt aīa famuli tui. N. que tpale ꝑ
corpus viſiōis huius luminis caruit viſu eterne illius
lucis ſolatio potiatur: nō eam tormentū mortis attin-
gat: nō dolor horrende viſionis afficiat: nō penalis ti-
mor cruciet: nō reorū cathena cōſtringat: ſed conceſſa
ſibi venia delictorū omniū: quietus cōſequaẜ gaudia
repromiſſa. Per xp̄m. **Tūc ſermo fiat ad populū. Fini**
**to ſermone dicaẜ oratio.**

Abſoluimus te frater
vice ſancti petri apl'oꝝ principie: cuius vice col
lata eſt nobis ligādi atqꝫ ſoluēdi poteſtas: vt quantū
tua expedit accuſatio: ⁊ ad nos ꝑtingit remiſſio: ſcd̄m
ꝗ nobis eſt licitum: ſit tibi dominus ih̄s xp̄s redēptor
tuus vita ⁊ ſalus: et omniū peccatorū clementiſſimus
indultor. Qui cum deo patre ⁊c̄.

**Deinde tribꝰ vicibꝰ ſuꝑ corpꝰ terrā ſacerdos proiſciat.**
**dicēdo.** In noīe p̄ris: ⁊ filij: ⁊ ſp̄ūſſancti. de terra pla-
ſmaſti me dn̄e: ⁊ carne induiſti me. redēptor meus dn̄e
reſuſcita me in nouiſſimo die. **Poſtea dicaẜ pſalmꝰ.**

Domine ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognoui-
ſti ſeſſionē meā: et reſurrectionē meā. Intelle-
xiſti cogitatiōes meas delōge: ſemitā meā ⁊ funiculũ
meū inueſtigaſti. Et oēs vias meas ꝓuidiſti: quia nō
eſt ſermo in lingua mea. Ecce tu dn̄e cognouiſti oīa
nouiſſima ⁊ antiqua: tu formaſti me ⁊ poſuiſti ſuꝑ me
manū tuā. Mirabilis facta eſt ſciētia tua ex me: con-
fortata eſt ⁊ nō potero ad eā. Quo ibo a ſpiritu tuo:
⁊ quo a facie tua fugiā. Si aſcendero i celū tu illic es:
ſi deſcendero ad infernū ades. Si ſumpſero pennas
meas diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris. Et te
nim illuc manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera
tua. Et dixi forſitan tenebre cōculcabūt me: et nox il-
luminatio mea: in delicijs meis. Quia tenebre nō ob
ſcurabunẜ a te: ⁊ nox ſicut dies illuminabiẜ: ſicut tene
bre eiꝰ: ita ⁊ lumē eius. Quia tu poſſediſti renes me-
os: ſuſcepiſti me de vtero matris mee. Confitebor ti-
bi quia terribiliter magnificatus es mirabilia oꝑa tua
et anima mea cognoſcet nimis. Non eſt occultatū os
meū a te qd̄ feciſti in occulto: ⁊ ſubſtātia mea in inferi-
oribus terre. Imperfectū meū viderūt oculi tui: et in
libro tuo oēs ſcribenẜ: dies formabunẜ ⁊ nemo in eis.
Mihi aūt nimis honorificati ſunt amici tui deus: nis
cōfortatus eſt principatus eorū. Dinumerabo eōs et
ſuꝑ arenā multiplicabunẜ: exurrexi et adhuc ſuꝫ tecū.
Si occideris deꝰ peccatores: viri ſanguinū declinate
a me. Quia dicitis in cogitatiōe: accipiāt in vanitate
ciuitates ſuas. Nonne q̄ oderūt te dn̄e oderā: ⁊ ſuper
inimicos meos tabeſcebā. Perfecto odio oderā illos
inimici facti ſunt mihi. Proba me deꝰ ⁊ ſcito cor meū:
interroga me et cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi
via iniq̄tatis i me eſt: ⁊ deduc me in via et̄na. Req̄eꝫ.

Oremus fratres chariſſimi ꝓ ſp̄ū chari **Oratio.**
nr̄i. quē dn̄s de laqueo huius ſeculi liberare di-
gnatus eſt. cuius corpuſculuꝫ hodie ſepulture tradiẜ:
vt eū pietas dn̄i in ſinū abrahe: yſaac ⁊ iacob colloca-
re digneẜ. vt cū iudicij dies aduenerit: inter ſanctos ⁊
electos tuos eum in parte dextera collocandū reſuſci
tari faciat: preſtante domino noſtro ih̄u xp̄o. **Oratio.**

Deus vite dator: ⁊ humanoꝝ corpoꝝ reparator:
qui te a peccatoribꝰ exorari voluiſti. exaudi ꝑces

quas ſpeciali deuotõe pro anima famli tui. N. lachry-
mabiliter fundimus. vt liberare eum ab inferorũ cruci
atibus: et collocare inter agmina ſanctorum digneris.
veſte quoq; celeſti et ſtola immortalitatis indui. et pa
radiſi amenitate confoueri iubeas. Per xp̄m. Oro.

T Emeritatis quidẽ eſt dñe: vt homo hominem:
mortalis mortalẽ: cinis cinerẽ: tibi dño deo no-
ſtro audeat cõmendare. ſed quia terra ſuſcipit terraʒ:
et puluis cõuertit̃ in puluerẽ. donec omnis caro in ſuã
redigat̃ originẽ. Inde tuã deus pĳſſime pater lachry-
mabiliter q̃ms pietateʒ. vt huius famuli tui N. animã
quã de hui⁹ mũdi voragine ſcenulẽta ducis. ad patriã
abrahe amici tui ſinu recipias ꝛ refrigerĳ rore pfũdas
ſit ab eſtuãtis gehẽne truci incẽdio ſegregat⁹. ꝛ beate
requiei te donãte cõiũctus. ꝛ q̃ ei ſunt dñe digne cruci-
atib⁹ culpe. tu eas gr̃a mitiſſime lenitatis indulge. nec
peccati recipiat viceʒ. ſed indulgẽtie tue piam ſentiat
bonitatẽ. cũq; finito mũdi termino ſupnũ cũctis illu-
ſcerit regnũ: oĩm ſanctoꝝ tuoꝝ cetibus aggregatus cũ
electis reſurgat in pte dextera coronãdus. Per. Oro.

D Ebitũ humani corpis ſepeliendi officiũ fideliũ
more cõplentes. deũ cui oĩa viuũt fideliter dep̃-
camur. vt hoc corpus chari nr̃i a nobis in infirmitate
ſepultũ. in ordine ſanctoꝝ ſuoꝝ reſuſcitet. et eius ſpiri
tum ſanctis ac fidelibus ſuis aggregari faciat. et ei in
iudicio miſericordiã tribuat: eũq; morte redemptũ: de
bitis ſolutum: patri reconciliatũ: boni paſtoris hume
ro reportatum: in comitatu regis eterni perhenni gau
dio: ꝛ ſanctoꝝ ſuorũ conſortio perfrui concedat. Per.

S Uſcipe dñe aĩam famuli tui. N. reuerten Oro.
tem ad te: veſte celeſti indue eã: ꝛ laua eam ſan
cto fõte vite eterne: vt inter gaudẽtes gaudeat: ꝛ inter



ſapiẽtes ſapiat: ꝛ inter martyres coronat⁹ cõſedeat: et
inter pr̃iarchas ꝛ pphas pficiat: ꝛ inter ap̃los xp̄m ſe-
qui ſtudeat: ꝛ int̃ angelos ꝛ archangelos claritatẽ xp̄i
ſp videat: ꝛ int̃ padiſi rutilos lapides gaudiũ poſſide
at: ꝛ noticiã myſteriorũ dei agnoſcat: ꝛ int̃ cherubin et
ſeraphin claritatẽ dei inueniat: et int̃ vigintiq̃ttuor ſe-
niores cãtica cãticoꝝ audiat: ꝛ inter lauãtes ſtolas in
fonte fluminis veſtẽ lauet: ꝛ int̃ pulſantes pulſans: por
tas celeſtis hierl̃m aptas repiat: ꝛ int̃ videtes deũ fa-
cie ad faciẽ videat: ꝛ int̃ cantãtes canticũ nouũ cãtet.
et inter audiẽtes celeſtẽ ſonũ audiat. Per eũdẽ. Dñs
vobiſcũ. Requieſcat in pace. Amẽ. Orem⁹ p oĩbus fideli
bus defũctis. Requiẽ eternã. Deinde dicat̃ pſ̃. De pfun-
dis. vt̃s. in ſeptẽ pſ̃. Kiriel. Xp̄el. Kiriel. vt̃s. Oro.

D Eus q̃ omniũ poteſtatẽ habes: ꝛ noſti vniuerſa
priuſq; fiãt. da reſtaurationẽ huic ſepulto: ꝛ oĩ-
bus in hoc cimiterio quieſcẽtib⁹: et i te degẽtib⁹ largi-
re quietẽ: ꝛ p̃ſta. vt q̃ te dño inſpirãte renati ſunt: ſcd̃a
mors in eis nõ habeat ptãtem: ſ; partẽ p̃me et beate re-
ſurrectiõis obtineãt: vitãq; et̃nã habere mereant̃ i ce-
lis. Per. Reuertẽtes ad eccleſiã cãtẽt R. Si bona ſuſce
pim⁹ de manu dñi. mala aũt q̃re nõ ſuſtineam⁹. Dñs dedit
dñs abſtulit. ſicut dño placuit ita factũ eſt. ſit nomẽ dñi bñdi
ctũ. V. Nudus egreſſus ſũ de vtero mr̃is mee. nud⁹ reuertar
illuc. Domin⁹. Deinde hĳ pſalmi legãt̃ ante altare. Pſ̃.
Miſerere mei de⁹. vt̃s in. vĳ. pſ̃. Deus miſereat̃ nr̃i.
Leuaui oculos meos in montes. Ad te leuaui oculos
meos. Req̃re ſ̃ de introductiõe mulieris poſt partum.

N Iſi dñs edificauerit domũ: inuanũ labora Pſ̃.
uerũt qui edificãt eã. N iſi dñs cuſtodierit ciui-
tatẽ: fruſtra vigilat q̃ cuſtodit eã. V anũ eſt vob an-
te lucẽ ſurgere: ſurgite poſtq; ſederitis q̃ mãducatis pa-

nem doloris. Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce he
reditas dñi filij merces fruct⁹ vẽtris Sicͣ ſagitte ĩ ma
nu potẽtiſ: ita filij excuſſoꝝ Beat⁹ vir q̃ ĩpleuit deſide-
riũ ſuũ ex ip̃is: nõ ꝯfũdeꞇ cũ loqueꞇ inimicis ſuis ĩ poꝛ
ta. Requiez. K. X. K. Pr nr̃. p oia vl̃s Oro.

Miſericoꝛs deus: q̃ om̃e genus humanũ amare
moꝛtis moꝛſu deterres. exaudi nos q̃ viuim⁹: ꝛ nomẽ
tuũ inuocãdo bñdicim⁹: et p̃ſta. vt ad te nr̃a ſit intẽtio
ꝑ quẽ nobis ꝑfecta veit redẽptio: ac poſt moꝛtẽ carnis
huius vere reſurrectiõis adoptio. Per dominũ. Oro.

Deus q̃ nos melius in domo luctus q̃ȝ in domo
conuiuij mones p̃cogitare ꝛ q̃d ſum⁹ ꝛ q̃d erim⁹
in fine. doce nos q̃ms om̃i hoꝛa nr̃a memoꝛari nouiſſi
ma: ne peccem⁹. ꝫ ſupuenientẽ ſubito q̃ſi furẽ nouiſſi-
mũ coꝛꝑis diẽ impterriti expectem⁹: et leti capiamus.
Per xp̃m. Requieſcat in ſancta pace. Amen.

In die Paſche Bñdictio carniũ. Oro.

Deus vniuerſe carnis creatoꝛ: q̃ agnũ in egypto
moyſi: ꝛ pp̃lo tuo ĩ vigilia paſche comedere p̃ce-
piſti: ĩ figura dñi nr̃i ihu xp̃i: cui⁹ ſanguine oia p̃moge-
nita tibi de mũdo redemiſti: ꝛ ĩ nocte illa om̃e p̃moge
nitũ in egypto ꝑcutere p̃cepiſti: ſeruãs pp̃lm tuũ agni
ſanguine p̃notatũ: dignare q̃ms bñ ✠ dicere: ꝛ ſancti
✠ ficare has carnes agninas: et q̃cũq; ex fidelib⁹ po-
pulis tuis ex eis comederint: oĩ bñdictõe celeſti ꝛ gr̃a
ſaturati: repleãꞇ in bonis. Per eũdẽ. Bñdictio lardi.

Bene ✠ dic dñe creaturã iſtã lardi: vt ſit Oro.
remediũ ſalutare generi hũano: ꝛ p̃ſta. ꝑ inuoca
tionem tui ſancti nomis: vt quicũq; inde ſumpſerint:
